UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Cyprii, Protonotarii Constantinopolitani, Chronicon Ecclesiae Graecae

Philippus <Cyprius>

Franeqverae, 1679

49 De exorcismo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10949

Visual Library

ΚΕΦΑΛ. ΜΗ.

Περὶ τοῦ, πῶς καθεύδουσιν οἱ μοναχοί.

Ἔτι οἱ μοναχοὶ ἀεὶ ἐζωσμένοι καθεύδουσι σὺν χιτῶνι. ὡσαύτως καὶ οἱ κοσμικοὶ σὺν ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν μετὰ χιτώνων ἀεί, διὰ τὸ λέγειν τὸν Παῦλον· θέλω καὶ τοὺς ἔχοντας γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντας εἶναι.

ΚΕΦΑΛ. ΜΘ.

Περὶ τοῦ, πῶς οἱ ἱερεῖς ἐφυγαδεύσαντο δαιμόνια.

Ἐπειδὴ ἀξιοπιστοτέρα ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ ὀφθαλμοειδοῦς ἀπὸ τοῦ ἱστορογραφέως, τούτου ἕνεκα ἔκρινα διηγηθῆναί τι, ὃ ἰδίοις ὀφθαλμοῖς εἶδον πρὸ τριάκοντα πέντε ἐτῶν. Ἐγένετό τις Χριστιανὸς δαιμονιζόμενος ἔν τινι χωρίῳ τῆς Ἑλλάδος. ἐγγὺς δὲ τοῦ χωρίου ἦν μέγα μοναστήριον. οἱ δὲ συγγενεῖς τοῦ δαιμονιζομένου ἤγαγον τὸν πειραζόμενον εἰς τὸ μοναστήριον. οἱ ἱερεῖς δὲ τοῦ μοναστηρίου ἐδέσμευσαν ἐκεῖνον ἔσω τῆς ἐκκλησίας ἐγγὺς τοῦ ἁγίου βήματος, ἁλύσεσι σιδηροῖς ἔν τινι μεγάλῳ καὶ ἀσαλεύτῳ στύλῳ, καὶ ἀνέγνωσαν τὰ τέτταρα εὐαγγέλια, ἑστῶτες ἐνδεδυμένοι τὰ ἱερὰ ἐνδύματα ἔμπροσθεν τοῦ δαιμονιζομένου, ἀνὰ ἓξ ὥρας, πρότερον νηστεύσαντες, τουτέστιν, ὀψὲ οὐκ ἐδείπνησαν, καὶ σήμερον οὐκ ἀριστεύουσιν, οὔτε δειπνήσουσιν, ἀλλ' αὔριον μόνον δειπνήσουσι, διὰ τὸ ὀφείλειν ἐκείνους ἀναγινώσκειν τὰ ἅγια εὐαγγέλια, νηστεύοντας σήμερον καὶ αὔριον. Ματθ. κεφαλ. ιζ: στιχ. κα. ὡς φησιν ὁ Κύριος. τοῦτο δὲ τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ. Τῇ δὲ ἐπαύριον ἕτεροι ἱερεῖς νηστεύουσιν, ἵνα ἄρξονται μετὰ τὴν μεσημβρίαν ἀναγινώσκειν τὰ λοιπὰ μέρη τῶν εὐαγγελίων αὔριον, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ὅτι μόλις τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τελειοῦσι τὰ τέτταρα εὐαγγέλια. Ἔγωγε δὲ παρῆν ἱστάμενος σὺν ἐκείνοις εἰδεῖν τὸ μέλλον. Ὁ δὲ μαινόμενος ἔκραζε, βλασφημῶν τὸν Θεὸν καὶ ἀνθρώπους ποικίλως· ἃς βλασφημίας οὐ τολμῶ λέγειν, διὰ τὸ μὴ κατηγορεῖν τοῦ Θεοῦ. Τὸ δὲ στόμα αὐτοῦ ἐγένετο λοξὸν καὶ μέγα, καὶ

φοβε.

CAPUT XLVIII.

Quomodo monachi dormiant.

MOnachi cingulis cincti & tunicis induti dormiunt. Similiter & ſeculares uxoribus ſuis tunicis amicti ſemper accumbunt, idque ob dictum Pauli: Volo ut illi qui habent uxores, ita vivant quaſi illas non haberent.

CAPUT XLIX.

DE

Modo, quem in ejiciendis dæmoniis obſervant ſacerdotes.

QUandoquidem pluris fit teſtimonium oculati quàm hiſtoriographi, conſtitui ego rem aliquam geſtam, quam ante annos triginta quinque hiſce oculis meis conſpexi, recenſere. Chriſtianus quidam in pago aliquo Græciæ (cui monaſterium aliquod magnum propè adjacebat) à dæmonio correptus divexabatur. Hominis hujus conſanguinei obſeſſum hunc in monaſterium deducunt. Monaſterii ſacerdotes in ipſo templo propè ſacrum bema, ubi ſcilicet ſacra peraguntur, catenis ferreis energumenum hunc magnæ alicui & immobili columnæ alligant, ipſique veſtibus ſacris ornati in conſpectu dæmoniaci ſtantes, quatuor euangelia per ſex horarum intervalla legunt; lectioni autem huic præmiſſum eſt jejunium, hoc eſt, in veſperâ diei præcedentis non cœnarunt, & præſente hac die nec prandent nec cœnant, ſequenti die ſolùm cœnaturi, idque ideò, quia ſacra euangelia præſenti, uti & ſubſequo die, non niſi jejuni debent legere, ſecundum verbum Domini, Matth. XVII, 21. Hoc genus non expellitur, niſi per preces & jejunia. Poſtridiè verò & cæteri jejunant ſacerdotes, ut à meridie reſtantes euangeliorum partes die ſequenti, ut & tertiâ, legere poſſint. Vix enim vel die tertiâ quatuor euangelia legendo pervolvere queunt. Ego verò, rei eventum ſpectaturus, unà cum illis adſtabam. Inſaniâ autem correptus ille homo interim vociferabatur, maledicta multifariam & in Deum & in homines eructans; quæ nec egomet ipſe, ne Deum accuſare videar, proferre audeo. Os verò ejus diſtortum, magnoperè

φοβερὸν, ὥστε ποιεῖν με φεύγειν.. Οἱ δὲ ἱερεῖς ἀνεγίνωσκον τὸ εὐαγγέλιον μηδὲν ἀποκρινόμενοι, ἕως οὗ ἀνέγνωσαν καὶ τὰ τέσσαρα εὐαγγέλια, ἕκαστος μέρος τοῦ εὐαγγελίου, καὶ ἐν τῷ ἀναγινώσκειν τὸν ἕνα μέρος τι, ἔρχεται ἕτερος ἱερεὺς, καὶ ἥρπαζε τὴν φωνὴν ἐκ τοῦ στόματος τοῦ πρώτου ἱερέως, καὶ τότε ὁ πρῶτος ἱερεὺς ἀνεχώριζε, καὶ οὕτω καθεξῆς. Ὅταν δὲ ἐτέλεσαν τὰ τέσσαρα εὐαγγέλια, τότε κοινῇ βουλῇ προσέταξαν ἕνα ἁπλούστερον ἱερέα, (τουτέστιν ἐναρετώτερον καὶ ἁπλοῦν ἱερέα) ἀναγινώσκειν τοὺς ἐξορκισμοὺς τοῦ μεγάλου Βασιλείου. Ὁ δὲ δαιμονιζόμενος ὕβριζε τὸν ἱερέα, ὁ δὲ ἱερεὺς ἐπετίμησε τὰ δαιμόνια ἐξελθεῖν, καὶ σπαράξαντες τὸν ἄνθρωπον ἐξῆλθεν, ἐάσαντες ἐκεῖνον ὡς νεκρόν. Τότε ἔδωκαν ἐκείνῳ οἱ ἱερεῖς ἄρτον καὶ ὕδωρ, καὶ ἔφαγε, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν ἴδιον οἶκον. Ὃν ἔγωγε μετὰ τὸ ἀπελθεῖν ἐκεῖνον ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου ἐκείνου αὖθις εἶδον ὑγιῆ καὶ φρόνιμον, ὡς καὶ τὸ πρότερον ἐγένετο, καὶ ἀπὸ πάντων μαρτυρούμενον ἀγαθὸν ἄνδρα ὄντα. Τούτου ἕνεκα ἠναγκάσθην γράψαι, καὶ κοινωνῆσαι τῷ λόγῳ τοῖς ἐμοῖς κυρίοις.

Ἔτι πρὸς ταῦτα, ἐὰν τύχῃ θανεῖν ἱερέως γυνὴν, ἔξεστι λαβεῖν ἑτέραν γυναῖκα, ἐὰν θέλῃ μὴ ἱερουργεῖν. Ἐὰν δὲ λήψεται, οὐκ ἔτι ἱερουργεῖ, ἀλλὰ μένει ὡς λαϊκός.

Κοσμικὸς ἄνθρωπος ἐὰν λήψεται τετάρτην γυναῖκα, ἀφορίζουσιν ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. δεῖ γὰρ ἐκεῖνον ἢ μένειν ἄγαμον, ἢ μοναχὸν γενέσθαι.

Εἰ μέν τι σφαλερὸν εἴρηται, σύγγνωτε, ὦ ἱεραὶ κεφαλαὶ, ἐπεὶ σοφίας οὔπω ἄκροις χείλεσιν ἐγευσάμην.

ΤΕΛΟΣ.

diſtentum & terrificum reddebatur, ita ut & me ipſum in fugam conjiceret. Sacerdotes interea legunt euangelium, nihil quicquam reſpondentes, quoad omnia quatuor ad finem percurrere, quilibet eorum partem aliquam, ita ut altero legente adhuc, alius jam, adeſſet, vocem ex ore prioris quaſi excipiens rapiensque, ac tùm demum primus ſacerdos ſeceſſit, & ſic conſequenter. Abſolutis verò quatuor illis euangeliis, communi conſilio ſimpliciorem quendam ſacerdotem (hoc eſt, virtutis & ſimplicitatis ſtudioſum) exorciſmos magni Baſilii legere jubent. Dæmoniacus autem ſacerdotem contumeliis afficere; ſacerdos contra Dæmones increpare, illisque exitum imperare. Tandem tamen hominem exagitantes, concutientesque deſeruêre, mortuo quam vivo ſimiliorem eum relinquentes; quem ideo ſacerdotes illicò pane & aquâ refecerunt, ita ut ſumpto cibo in domum ſuam ſe recipere potuerit. Hunc ego quoque non ſolùm, cùm è monaſterio abiret, ſanum, ſed poſtea etiam, quà corpus, quà animum, uti antea, vegetum valentemque, omniumque teſtimonio virum probum conſpexi. Quam ob cauſam quin & ſcripto hoc memoriæ commendarem, & veſtræ, Dominorum meorum, notitiæ inſinuarem, nullatenus potui intermittere.

Adhæc, ſi ſacerdotis uxor diem fortè obierit, permittitur quidem ipſi, ut aliam ducat; at eâ cautione, ne ſacra adminiſtret amplius. Quod ſi enim duxerit, ſacro miniſterio jam vacare nequit, ſed laici perſonam induit.

Quod ſi homo ſecularis quartum matrimonium contraxerit, ab eccleſiæ communione removetur. Oportet enim trigamum ejusmodi aut cœlibem manere, aut cucullum induere.

Sicubi in dictione à me aberratum eſt, date veniam, oro, viri reverendi; quamdoquidem ſapientiam vix ſummis labris deguſtavi.

FINIS.